

- Arescet precium deficietque liquor.
 Edet abortivos¹ fetus ovis, utile fenus,
 Non poterit natos pascere lacte suos.
 15 Flebit apis caruisse tymo, cui nulla facultas
 Dandi mella sibi² nec sacra dona³ Deo.
 Nauta mare tranans iras odiumque marinum
 Senciet, incomoda dampnaque flebit opum.
 Gentis inornate cernemus devia crebra⁴,
 20 Moribus et cultu gens mala . . .⁵ peior.
 Vendet honestatem vir precio coniugis auro,
 Virgo pudiciam patre iubente dabit.
 Nulla fides nec amicus erit nec fedus amoris
 Inter terrigenas nec pietatis opus.
 25 Namque⁶ sacerdotes Domini fideique ministri
 Federa turbabunt catholicamque fidem.
 Proch dolor! ordo sacer fratrum, si dicere fas⁷ est,
 In laqueos heresis et laborinta⁸ cadet⁹.
 Hos rapiet mundana lues et gloria vana,
 30 Fervor avaricie luxuriesque¹⁰ putris¹¹.
 Emula nam rabies illos mordebit atroci
 Morsu¹², torpentes religione sua.
 Sicque moras poterit sue deflere quadrigae
 Zacharias¹³, quoniam¹⁴ non trahet ullus¹⁵ eam¹⁶.
 35 Hocque¹⁷ propheta novus veniet sub tempore, per quem
 Gens erit¹⁸ e¹⁹ dubia credulitate²⁰ sua²¹.
 Inter Christicolas erit altercatio secte²²,
 Fiet²³ in orbe fides discolor alma Dei.
 Papabunt pariter in²⁴ eodem tempore plures,
 40 Sedem²⁵ fedantes ecclesieque decus.
 Rex novus adveniet totum ruiturus²⁶ in orbem,
 Ut²⁷ domet eoam²⁸ martis²⁹ horrore plagam,
 Ex insperato³⁰ properans de montibus altis
 Atque cavernosis, mitis et absque dolo.

1) 'abortiuos' V. 2) 'mellas' ('sibi' fehlt) V. 3) D. i. Wachs zu Kirchenkerzen. 4) 'creba' V. Ob noch anders zu emendieren ist?
 5) Es fehlt ein Wort. In der Hs. keine Lücke. 6) 'Nam' V. 7) 'phas' V.
 8) 'labirinta' R. 9) 'cadent' V. 10) 'luxuriesque' R. 11) 'putrix' V.
 12) V. 32. 33 fehlen V. 13) Hier beginnt W, wo 'Zacharia'; 'Zakaria' V.
 — Vgl. Zach. 6, 1: 'Et conversus sum et levavi oculos meos et vidi. Et ecce quatuor quadrigae egredientes de medio duorum montium' etc.
 14) 'quia' VW. 15) 'ullas' V. 16) 'eoam' W. 17) 'Hosque' W;
 'Hicque' R. 18) 'erit' fehlt W. 19) 'et' R. 20) 'crudelitate' V.
 21) 'vera' VW. 22) 'alteracio sexte' W. 23) 'Erit' W. 24) 'et' R.
 25) V. 40 fehlt R, wo leerer Raum von einer Zeile. 26) 'rugiturus' R.
 27) V. 42 hinter V. 44 W. 28) 'extremam' R. 29) 'mortis' W;
 'matris honore' R. 30) 'insperato' V.